



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sententia Diffinitiva, Per S. D. N. Pavlv̄m Papam Tertiv̄m  
Lata. Qua D. Hermannus, olim Archiepiscopus  
Colonien[sis]. & Ecclesi[a]e Paderbornen[sis].  
Administrator, propter multa enormia in Religione ...**

**Paul <III., Papst>**

**[Köln], [1546]**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35152**



Th. 1440a.

1. Caroli V edictum ꝛ. novatores, Worms 1521
2. —"— Lupulvea dñi Cöluen dno  
Jud. Kol. hanc ꝛ. u. blabes C. 1544,
3. Epistola de dñi dñi Cöluen dno  
Jud. Kol. hanc ꝛ. u. blabes C. 1544
4. Insula nuncupat dñi Cöluen dno  
Jud. Kol. hanc ꝛ. u. blabes C. 1544
5. Appellatio Coloniensium in @ Relig, 44
6. dñi Cöluen nuncupat dñi Cöluen dno  
25 Oct. 44,
7. Citatio Imperatoris ꝛ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopi,
9. Citatio Curia Rom. ꝛ. Archiep.
10. Responsio cleri Col ꝛ. appel. Archiep.
11. Caroli V. dñi Cöluen dno
12. Jo Cochleus ad Caput. col. 1. Aug 45.
13. Herrn Archiep. ad Wormatienses
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochleus pro Roffensi et Thoma Moro
15. Cöluen zu C. nuncupat dñi Cöluen dno  
8 Aug 45
16. Insula nuncupat dñi Cöluen dno  
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.  
 Insgesamt 30 Stücke  
 In. Heineke, Bonn  
 April 1957

17. Sent. Insuperioris C. proclivis  
contra duo Cantus Ludlow, 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro  
Capitulo V. Decanum,

19. Insuperioris duo Insuperioris  
Throni in duo Insuperioris  
und Insuperioris Ordinis.

Anno 40. Mense July

SENTENTIA

DIFFINITIVA, PER S. D.

N. PAVLVM PAPAM TERTIVM LATA.

Qua D. Hermannus, olim Archiepiscopus Colonienſis, & Eccleſie Paderbornenſis, Adminiſtrator, propter multa enormia in Religione innouata, dictis Archiepiscopatu & Episcopatu, omnibusq; alijs dignitatibus & præminentijs priuatus, & ad illa & alia quæcunq; inhabilis: Nec non quicunq; Status, tam Eccleſiaſtici q̄ Seculares, eidem D. Hermannno ratione cuiuscunq; Iuramenti in aliquo obligati, ab eiſdem Iuramētis & obligationibus, abſoluti eſſe declarantur.

ITEM BREVE

APOSTOLICVM AD REVERENDISS. D.

Coadiutorem.

In quo ei Autoritate Apoſtolica iniungitur, & in uirtute ſanctæ obediētiæ mandatur, ut ſine ulla iam cunctatione ac mora, Eccleſiæ Colonienſis Regimen, Adminiſtrationemq; ſuſcipiat.



# S. D. N. PAVLI, DIVINA

PROVIDENTIA PAPAE TERTII

## SENTENTIA

Contra Hermannum, olim Archiepiscopum Coloniae. lata.



Omini nostri Iesu Christi, cuius uices, licet immerito, in terris gerimus, nomine inuocato, pro Tribunali sedentes, & ipsum solum Deū, qui iustus est Dominus, & iudicat orbem terræ in iustitia, præ oculis habentes: Per hanc nostram Diffinitiuam Sententiam, quam de Venerabilium fratrum nostrorum, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, consilio & assensu, ferimus in his scriptis, pronuntiamus, sententiamus, decernimus & declaramus, in causa & causis, quæ coram dilecto filio nostro Marcello, tituli sancti Marcelli Presbytero Cardinali, de Crescentijs nuncupato, nobis in nostro Secretario Consistorio, sicut moris est, referendis, & per eum nunc coram nobis, & eisdem fratribus nostris in dicto Consistorio relatis, inter dilectos filios canonicos & Capitulum Metropolitanæ, ac alia Capitula Collegiatarum ecclesiarum Coloniae. necnō Abbates, Abbatissas & Conuentus monasteriorum, tam uirorum quàm mulierum, & denique uniuersum Clerum, tam secularem quàm regularem, ciuitatis Coloniae. ac Regentem & Rectores, aliamque Vniuersitatem generalis studij Coloniae. Appellantes: Nec non Venerabiles fratres Leodiens. & Traiectens. Episcopos: & dilectos filios canonicos & Capitula Leodiens. & Traiectens. ecclesiarum, & Abbates, Decanos, seu Vicedecanos, Clerumque Secundarium Leodiens. & Capitula certarum ecclesiarum Traiectens. ciuitatis: Nec non Rectorem & Professores atque supposita quinque facultatum almae Vniuersitatis generalis studij Louaniens. Leodiens. Diocesis, eisdem canonicis, Capitulis, Abbatibus, Abbatissis, Conuentibus, Clero & Vniuersitati dicte Coloniae. ciuitatis Appellantibus adherentes, Actores ex una, ac quendam Hermannum, tunc Archiepiscopum Coloniaensem, reum, & conuictum & appellatum partibus ex altera, de & super nonnullis inuolutionibus & excessibus, ac maximis grauaminibus, Metropolitanæ, & alijs ecclesijs, totique Clero, & Vniuersitati Coloniae. prædictis, per eundem Hermannum, tunc Archiepiscopum Coloniaensem, illatis, & Indies (ut metus erat) inferendis: prout in Instrumento Appellationis, & Appellationum, per canonicos, Capitula, Abbates, Abbatissas, Conuentus, Clerum & Vniuersita



Abbatissas & conuentus, Clerumque & Vniuersitatem, & adherentes  
huiusmodi, ad illa seruandum, & ab apostolicis & ecclesiasticis traditio-  
nibus, ac antiquis, & haecenus (ut praefertur) in Ecclesia Dei usitatis cere-  
monijs, propter ipsius Hermanni, tunc Archiepiscopi Coloniensium. Mandata,  
praecipua & iussiones, recedendum, ipsisque Mandatis, praecipuis &  
iussionibus, etiam quascunque Censuras & poenas in se continentibus, pa-  
rendum minime teneri, seu astrictos fuisse aut esse, uel fore: Et propterea  
gesta, innouata & attentata huiusmodi, reuocanda, irritanda, & annullanda  
fore & esse: Ac reuocamus, irritamus, & annullamus. Parique nostra  
Diffinitiuam Sententiam, praefatum Hermannum, tunc Coloniensem Archie-  
episcopum, Excommunicationis, et Anathematis, necnon priuationis  
omnium & singulorum Beneficiorum suorum, etiam Archiepiscopaliu,  
Episcopaliu, Praelaturarum, & quarumcunque dignitatum & officio-  
rum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac etiam annuarum pen-  
sionum, iuriumque & Priuilegiorum omnium, & singulorum honoru,  
etiam feudorum Ecclesiasticorum, priuandum: nec non inhabilitatis ad  
quascunque Dignitates & Beneficia Ecclesiastica, etiam qualitercunque qua-  
lificata, & alias in literis Inhibitorijs huiusmodi, per praedictum Mar-  
cellum Cardinalem, ut praefertur, decretis, contentas poenas damnabiliter  
incidisse & incurrisse: Proptereaque ipsum Hermannum Archiepi-  
scopum, Archiepiscopatu Coloniensium & Administratione Episcopatus  
Paderbornensium, aliisque Praelaturis, Dignitatibus & Officijs, Canonicatis  
bus & Praebendis, aliisque Beneficijs suis Ecclesiasticis, quae haecenus  
forsan obtinuerit: nec non Pensionibus annuis, iuribusque & Priuilegijs  
is, ac omnibus & singulis bonis, etiam feudis Ecclesiasticis, priuandum,  
atque ad illa, & alia quaecunque, Dignitates & Beneficia, inhabilitandum  
esse: Prout Priuamus, & Inhabilitamus, ac priuatum & inhabilem esse  
Declaramus: Dictosque Canonicos, Capitula, Abbates, Abbatissas, Con-  
uentus, Clerum, Vniuersitatem, & Adhaerentes, ac alios Episcopos eius  
Suffraganeos quoscunque: necnon omnes & singulos Comites, Baro-  
nes, Nobiles, Clientes, Praefectos, Praefides, Iudices, Locatenentes, Gu-  
bernatores, Schultetos, Burgimagistros, Consules, Scabinos, & quoscunque  
que alios Magistratus, Ciuitates, Oppida, Castra, Villas, Terras, &  
quaecunque alia loca, intra ambitum Diocesis Coloniensis & Paderbor-  
nensis, ac totius Prouinciae Coloniensium. consistentium. necnon Communita-  
res, & personas singulares, praefato Hermannus, olim Archiepiscopo  
Coloniensi, ratione dictae Coloniensis & seu Paderbornensis ecclesiae

rum quomodolibet subiectas & pertinentes, subiectaꝫ & pertinentia ad aliquam obedientiam, tam circa præmissa per eum (ut præfertur) gesta, innouata & attentata, quam omnia alia quæcunq; præstandum, minime obligatos fuisse aut esse, & in futurum fore. Et propterea illos & eorum singulos, a quibuscunq; Iuramentis & promissionibus, præfato Hermanno, olim Archiepiscopo Colonienſi præstitis, absoluen- dos, liberandosq; esse: Et Absoluimus & Liberamus, ac Iuramenta huiusmodi Relaxamus: necnon super omnibus & singulis prædictis, præfato Hermanno, tunc Archiepiscopo Colonienſi, perpetuum silen- tium imponendum esse, & Imponimus, ipsumq; in expensis, in huius- modi causa, pro parte dictorum Canonorum, Capitulorum, Abba- tum, Abbatissarum, Conuentuum, Cleri & Vniuersitatis, ac adhærens- tium principalium, coram præfato Marcello Cardinali, & Nobis, factis, condemnandum fore & esse, ac condemnamus. Quarum expen- sarum taxationem, dicto Marcello Cardinali, in posterum Reserua- mus: Supplentes in singulis præmissis, omnes & singulos, tam iuris q̄ facti defectus, si qui forsan interuenerint.

Ita pronunciauimus nos **PAVLVS** Papa Tertius.

Hoc Instru-  
mentum quia  
semel Stati-  
bus insinuati  
est hic omis-  
sum propter  
breuitatem.

Leçta, lata & publicata fuit suprascripta Sententia Diffinitiuâ, simul cum suprascripto Appellationis Instrumento, per prælibatum Sanctis- simum in Christo patrem, & Dominum nostrum, Dominum Paulum, Diuina fauente clementia Papam Tertium, in Palatio Apostolico, ac Consistorio suo secreto, in solio sue Beatitudinis sedentem. Sub anno a natiuitate Domini & Seruatoris nostri Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo sexto, Indictione quarta, Die uero decima sexta Apris- tis, Pontificatus prælibati Domini nostri, Domini Papæ anno duode- cimo: Præsentibus ibidem R. D. Stefano de Buffalis, & Alexandro Ruffino, præfati sanctissimi Domini nostri Papæ Camerarijs, Clericis Romanis, Testibus ad præmissa uocatis specialiter atq; rogatis.

*Nicolaus Halot Notarius  
rogatus subscripsit.*

**Q**ua Sententia diſpetiali Mandato S. D. N. per Reuerendiſſ. doct  
minum Iohannem Baptiſtam Cicadam, Dei & Apoſtolicae Sedis  
gratia Episcopum Albinganen. Curiaeque caularum Camerae Apoſtoli  
cae generalem auditorem, Romanaeque Curiae Iudicem ordinarium, Senten  
tiarumque & literarum Apoſtolicarum uniuersalem executorem, in publi  
cam formam Transumpti, in modum qui ſequitur ſubſcripti, & eiusdem  
domini Iohannis Baptiſtae Episcopi Sigillo oblongo in filis rubeis & ca  
psula ferrea ſubimpendente ſigillati redacta comperiebatur.

Sequitur ſubſcriptio Transumpti.

Quibus omnibus & ſingulis, tanquam rite & legitime factis, autoritatem  
& decretum dictae Curiae, atque noſtram duximus interponendum, & in  
terpoſuimus, prout interponimus praesentium per tenorem. In quorum  
omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium praemisorum, praesentes li  
teras, atque praesens publicum Transumpti Instrumentum exinde fieri, & per  
Notarium noſtrum publicum, iam dictum, & infra scriptum, ſubſcribi, ſig  
illiſque Camerae Apoſtolicae, quo in ſimilibus utimur, iuſſimus & feci  
mus appenſione comuniri. Datum Romae apud ſanctum Auguſtinum, ubi  
Iura reddi ſolent, nobis inibi mane hora audien. caularum conſueſta pro tri  
bunali ſeden. Sub anno a Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti, Milieſimo,  
Quingenteſimo, Quadrageſimo ſexto, Indictione tertia, die uero nona mens  
ſis Iulij, Pontificatus praelibati S. D. N. Pauli, diuina fauente clemetia,  
Papae tertij, anno duodecimo. Praesentibus ibidem Egregijs uiris D. Bo  
nifacio de Grangia, & Caesare Lotto Quintilio, dictae Curiae Conno  
tarijs, Teſtibus ad praemissa uocatis ſpecialiter atque rogatis.

Ludouicus Reydetus Curiae Caularum  
Camerae Apoſtolicae Notarius ſc.

Gratis de mandato S. D. N.

Io. B. A. Cotta.

Sequitur exemplar Breuis Apoſtolici.

Blo. cl. Fulgin.

DILECTO FILIO  
COADIUTORI COLONIENSI.




**P**AVLVS PAPA TERTIVS.  
Dilecte fili, salutē & Apostolicā benedictionē, Ex lē-  
teris, quas ad dilectos filios Clerum & Senatum istius  
inclytæ & maxime Catholicæ ciuitatis Colonien. misis-  
mus, cognosces id quod tamen sine nostris literis opti-  
me per te nosti, q̄s graues & necessaria causæ nos coege-  
rint, ut Archiepiscopum olim Colonien. Hermannū, serius quidem q̄ se-  
ueritas huius Sanctæ Sedis, & mos prædecessorum nostrorū postulabat,  
aliquando tamē de Venerabiliū fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ Cardinalium cōsensu, deponeremus, & ex Ecclesia Catholica eij-  
ceremus. Cuius rei Acta istuc mitti iussimus. Nūc istius Ciuitatis omnī  
a nobis atq; ab hac Sede, honore & laude dignissimæ, quieti & tranquillī-  
tati, pro nostra paterna in eam charitate, tuoq; simul officij debito consul-  
tū cupientes, ne Pastore illa diutius careat, Te præfati olim Archiepī-  
scopi Coadiutorem, hortamur, & pro nostra atq; huius Sanctæ Sedis au-  
toritate tibi inuigimus, & in uirtute Sanctæ obediētiae mandamus, ut si-  
ne ulla iam cunctatiōe ac mora, istius Ecclesiæ, quæ eiusmodi cœlestium  
nuptiarum uinculo tibi copulata est, quod reliquas omnes necessitudines lō-  
ge superat, Regimen, administrationēq; suscipias. Eiusmodi enim Cleri  
& Senatus ciuitatis istius, de fide, uirtute, prudentia tua testimonium has-  
bemus, ut futurum minime dubitemus, quin boni ac sapientis in regēda Ec-  
clesiæ Pastoris officio functurus, in eis rebus, quæ ad Imperij Roman. sta-  
tum pertinebunt, paci semper & tranquillitati publicæ, quantum in te erit,  
cōsulturus: nobis uero, atq; huic Sanctæ Sedi, eam quam debes fidem, obser-  
uantiaq; præstaturus sis. Nos quidē eo te studio prosequimur, ut quæ ad  
commodum & honorem tuum pertinebunt, libenter, quātum cum domino po-  
terimus, tua causa semper acturi, & concessuri simus. Datum Romæ  
apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die tertia Iulij,


M. D. XLVI. Pontificatus nostri anno duos  
decimo.


Blo. cl. Fulgin.


EGO Leonardus à Fossa, Notarius publicus, ac Metropolitana Ec-  
clesia Coloniensis Secretarius iuratus, fateor & recognosco, me  
Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimoseptimo,  
Mensis Ianuarij die tertia, una cum Connotario meo infra scripto,  
ad instantem & diligentem requisitionem Reuerendorum, Illustriũ, Ve-  
nerabilium & Egregiorum Dominorum, Subdecani & Capituli supra  
dicta Ecclesia, praesens impressum exemplar, Sententia S. D. N. Pau-  
li, ex praetactis literis Transsumpti publici, ut praefertur, subscripti &  
sigillati extractum, ad suum uerũ originale Transsumpti. Et similiter ex  
emplar Breuis Apostolici supra impressum, & exemplari Sententia sub-  
iunctum, ad suum uerum originale Breue, annulo piscatoris signatũ, & ut  
praefertur subscriptum, diligenter comparasse & collationasse. Et quia  
una cum meo Connotario infra scripto, eadem exemplaria cũ memoratis ori-  
ginalibus autenticis, & in nulla sui parte suspectis, de uerbo ad uerbum  
concordare comperi. Idcirco ad praefatorum Dominorum meorum Subde-  
cani & Capituli instantem requisitionem, praesentes literas exemplatio-  
nis seu Vidimus, una cum Connotario meo similiter requisito cofeci, & sta-  
mul cum eodem manu propria subscripsi. Praesentibus & interessentibus  
exemplationi huiusmodi uenerabilibus uiris, dominis Andrea Barda-  
uick, Collegiatæ Ecclesiae S. Gereonis Coloniensis Canonico, & Her-  
manno de Monasterio sacrae Theologiae Licentiatis, testibus ad eandẽ  
exemplationem rogatis & requisitis.


**E**go Iacobus de Dulcken, Clericus Colonien. Diocesis, publicus sacra Imperiali autoritate, & in uenerabili curia Archtepiscopali Colonien. causarum Notarius, & scriba communis iuratus, fateor & recognosco, me Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quadragessimo septimo, Mēsis Ianuarij die tertia, una cū Conotario meo superscripto, ad instantē & diligentem requisitionem Reuerendorū, Illustriū, Venerabilium & Egregiorum Dominorum, Subdecani & Capituli supradictae Ecclesiae, praesens impressum exemplar, Sententiae S. D. N. Pauli, ex praetactis literis Transumpti publici, ut praefertur, subscripti & sigillati extractum, ad suum uerū originale Transumpti. Et similiter exemplar Breuis Apostolici supra impressum, & exemplari Sententiae sub iunctum, ad suum uerum originale Breue, annulo piscatoris signatū, & ut praefertur subscriptum, diligenter comparasse & collationasse. Et quia cum meo Connotario superscripto, eadem exemplaria cum memoratis originalibus autenticis, & in nulla sui parte suspectis, de uerbo ad uerbum concordare comperi, Idcirco ad praefatorum Dominorum meorum Subdecani & Capituli instantem requisitionem, praesentes literas exemplationis seu Vidimus, una cum Conotario meo similiter requisito cōfeci, & simul cum eodem manu propria subscripsi. Praesentibus & interessentibus, exemplationi huiusmodi uenerabilibus uiris, dominis Andrea Bardwick, Colligiatae Ecclesiae S. Gerconis Colonien. Canonico, & Hermannno de Monasterio sacrae Theologiae Licenciatis, testibus ad eandem exemplationem rogatis & requisitis.














E  
189

Th  
1440a